



Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Notata quedam in collectaneis Nicephori, quæ ad calcem historiæ Ecclesiasticæ Theodoriti adiecta sunt, Cap. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Liber primus.

23

*Passiuitas vita quid significet apud Tertull. & unde haec vox
fluxerit.*

CAP. XV.

TERTULLIANVS lib. contr. Valentini, ait Valentinianos de Passiuitate
vitæ generositatem suam vindicare. Eodemque libro, passiuos discipulos
eos vocat. Quo quidem loco, ut Beato Rhenano facilè assentior, qui passiuita-
tem vitæ pro turpi vita ac voluptatibus dedita accipit, idque D. Hieronymi
authoritate probat, qui exponens illud Osee, Super capita montium sacrificia-
bant, passiuan religionem veræ religionis austicitati opponit: ita certè mini-
mè hoc illi assentiri possum, quod has voces ab aduerbio, passim originem
trahere vult, quemadmodum & aduerbium, passim, à Græco πάντη. Passiui-
tas enim, & passiūus, voces sunt è Græco expressæ. Quod enim Græci ἡμπα-
τεῖος dicunt, hoc Tertulliano passiuitas est. Quod rursus Græcis est ἡμπα-
τεῖος; id
Tertulliano & Hieronymo passiūus est, hoc est, lascivius atque obscenius vo-
luptatibus addictus.

*Notata quædam in Collectaneis Nicephori, qua ad calcem Historiæ Ecclesiastice
Theodoriti adiecta sunt.*

CAP. XVI.

CV M nuper Theodori Lectoris Græca quædam Collectanea à Roberto
Stephano ad Ecclesiasticæ historiæ Theodoriti calcem adiecta in manus
sumpissimæ, quædam se obtulerunt, quæ tametsi leuiuscula fortassis quibusdam
videri possint, tamen quando rudibus, hoc est, mei similibus ista ceduntur,
haic quoque chartæ à me illinentur. Ac primùm fol. 350. 1. mendum illud,
quod appictus asteriscus indicat, facile tolletur, si pro Σέλω, Σέλω legamus.
Sequenti pag. Archiepiscopi Leonis lege institutum fuisse ait Author, vt cle-
rici apud præfectum prætorio duntaxat responderent. Ac præterea istud ei in
moto positum fuisse, vt neminem in sacrum ordinem accenseret, qui Psalte-
rium nesciret. Fol. 353. pag. 1. Diaconi cuiusdam orthodoxi mentio fit, qui cum
à Theudericho Aphro malè de religione sentiente plurimùm se amari cerne-
ret, quod eum vehementius adhuc in sui amorem pertraheret, ab Orthodoxa
fide ad Arianam heresim descivit. Quod cum intellexisset Theuderichus,
eum, quem tantopere amabat, capit is supplicio quamprimum affici iussit, di-
cens, Si Deo fidem non seruasti, quoniam pacto conscientiam sanam homini
seruaturus es? Pag. 2. Denterij Arriani Episcopi meminit, qui Barbam quen-
dam (βαρβαρος corruptè legitur pro βαρβαρο) iustifica vnda tingens, hanc ver-
borum formam adhibuit: Baptizatur Barbas in nomine Patris per Filium in
Spiritu sancto. Quo dicto statim baptisterij aqua euanuit. Fol. 354. pag. 1. Ti-
motheum Archiepiscopum hoc in mores induxisse refert, vt Nicenum Sym-
bolum in omnibus sacris conuentibus recitaretur, cum antè non nisi semel
singulis annis, hoc est, eo die, quo Christus in crucem actus est, cani solitum
fuisset. Paulo pòst, vbi de eodem Timotheo, eiisque in fide leuitate agitur, in
his verbis, χαλεπῶς αὐτὸν ἀπομιασεῖ, maculam insidere non dubito, ac pro
ἀπομιασεῖ, ἀπομιασεῖ legendum esse. quemadmodum & proximè pòst mendum
irrepsit in his verbis, οὐ τέττα τῷ πάπῳ χάριμα πολλὰ κείσθαι μάθει Καδάνης ὁ
βασιλεὺς, ταῦτα μαθεῖν εἰσαστενσει. Etenim pro his duobus postremis vocabu-
lis reponendum esse censeo λαζαῖν ἐκέλευσει, aut quid simile, sensu nimis rūm
id apertissimè postulante. Sic eadem pag. in his verbis, πᾶς οὖν ὁ φύλαρχος ἔφη-
σει, εἰ μὴ δύο ὁ χριστός, θεὸς γυμνὸς ταῦτα εἶδεν εἰπεῖν; quis non statim animadver-
tat pro γυμνός, γυμνός legi debet? Idem enim est hoc loco θεὸς γυμνός, quod
μόνον θεότης, quæ quidem ea natura est, vt nullum cruciatum admittere queat,

contrà quām Seueriani Theopaschitē contendebant. Postremo eiusdem pag.
vers. ante τὸ δίκτιο; collocanda est præpositio εἰς. Pag. 2. vers. 7. pro ἐάστως,
δέστως restituo. Oalis enim remorissima quædam atque inamoenissima soli-
tudo erat, in quam Imperatores plerunque eos relegabant, qui ab ipsis in fide
dissentiebant. Vers. 14. μεταπεμφάμνοι τῷ ξένῳ τῷ φράγματος. Mihi ad sensum
accommodatus videatur, ut μεταπεμφάμνοι legamus. i. δυχερεύαντες, χαλεπῶς
φέροντες. Sic vers. 29. ταρφεῖσθαις malim, quām, ut habet editio, ταρφεῖσθαις:
ut respondeat huic verbo ταρφεῖσθαι, quod proximè antecedit. Fol. 353.
pag. 1. hunc morem in Ecclesia Romana obtinuisse tradit Theodorus, ut nulla
immobilia bona possideret. Quod si etiam aliquid huiusmodi obuenirent, pro-
tinus venderentur, pretiūmque in tres partes diuidetur, quarum una Eccle-
siæ, altera Episcopo, tertia Clero tribueretur. Atque hunc morem in reliquis
quoque rebus obseruari. Sed & hic quoque non leue erratum inuasit. Etenim
pro ἀγέως πιθανόεσθαι, facile apparet legendum esse εὐθέως πιθανόεσθαι.

Vindicantur quædam in MAXIMI de Charitate Centuriis à censuris
Gesneri & Obsopœi interpretis. CAP. XVII.

IN Maximi eruditissimi viri Centuriis de Charitate, quædam mihi animad-
uertisse videor. In quibus eiendem, meo quidem iudicio, inanem, vel
certè parum felicem operam suscepit Gesnerus, Interpretis Obsopœi conie-
cturas, ut opinor, fecutus. Ea porrò, ne aliqui Lectori fraus fiat, hic annota-
da duxi. Cent. 3. art. 15. pro τῷ πνεῳ τῷ πνεῷ αὐτῷ λύπης τοῦ πνεοῦ εὑρίσκεται;
legendum putat τῷ εἵδεντος, & pro εὑρίσκεται, εἰδείζη. Ego nihil planè in ver-
bis immutandum censeo, verùm sic duntaxat legendum, τῷ πνεῳ, ut hæc
per interrogationem efferantur, hoc sensu: quidnam causa est, cur offensi
aduersus eum animi acerbitatatem paris? Artic. 29. causam nullam video, cur
hæc verba τῷ κυρίῳ submoueantur. Vult enim author id quod non est, priua-
tionem esse non quidem eius quod propriè est (id est, Dei) sed eius quod per
participationem propriè existentis (hoc est Dei) est. Art. 60. putat idem Gesne-
rus in his verbis, πάντων τῷ ταρφεῖσθαινόντια πάντων εἰπεῖν αὐτῶν δύο λύγους;
pro hoc postremo vocabulo collocandum esse ἀπελαύνει. Sed hūic emen-
dationi nullus hīc mihi locus esse videtur, cùm recepta littera commodum
sensum nobis exprimat. Vult enim Maximus virtia superata inanis gloria affe-
ctum antè compressum, ac velut vinculis quibusdam coercitum aduersus ani-
mam soluere. Neque enim huiusmodi vitium nisi reliquis domitis ac profligatis,
existere plerunque solere. At multo crassius illud est, quod Art. 68. pro
ἀδολεξίᾳ, emendat εἰδελεξίᾳ, ignorans videlicet ἀδολεξίας vocem apud
Dauidē, ac plerisque aliis Scripturæ locis usurpari pro pia ac iucunda quadam
meditatione. Art. 95. in illis verbis, ἐν λάθι τόδε, ἀπώλετο τόδε, Interpres Obsopœus corrigit εν λάθι. vertit enim, fractum est. Ego tamen haud paulò lu-
bentius legerim εν λάθι, surreptum est. Cent. 4. Art. 60. perperam quoque
Gesnerus in his verbis, εδελογίζεται ἔωτεν ἡδη κατειληφέναι, pro ἔωτεν, συντον
legendum esse coniicit, cùm Paulus ipse hanc emendationem apertè respuat,
Philipp. 3. ad quem hoc loco Maximus alludit.

Collecta nonnulla ex Epiphanius Hæref. 30. quæ est Ebionitarum.

CAP. XVIII.

ME MINIT Epiphanius in hæref. 30. Pellæ verbis cuiusdam Decapoleos,
in quam hæref. 29. Christianos imminentे Hierosolymitana obsidione
diuinitus admonitos commigrasse, sicque impendenti exitio subductos fuisse
scribit.